



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Libri Vndecimi Institvtvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

LIBRI VNDECIMI

INSTITVTVM.



VNDECIMVS hic liber Epidicticos Characteres hypoty-
peseon complectitur, in quo variorum authorum, qui mo-
do in florido genere nituerunt ingenia, & quasi ex Græco-
rum, Latinorumque tessellæ opus mirificè vermiculati-
peteris agnoscere. Sunt omnino hypotyposes viæ quædam
rerum imagines, & compendiosa laudationes, ac vitupe-
rationes, quibus nihil est in eloquentia ornatius, si modo ea temperios ad-
hibeatur, quàm imperiti non norunt, dum omnia farciunt descriptionibus.
Atque ut nouissus ille victor, qui Helena tabulam totam auro compleuit,
cum pulchram orationem facere non possint, diuitem male adfectis orna-
mentis faciunt. Videndum est, quid argumentum, quid locus, quid perso-
na, quid aures ferant, ut quis prudenter istis imaginibus utatur. Sed de
usu alias. Nunc inter has Epidictici generis delicias ludens, satis vbe-
rem hypotyposeon copiam in ordinem digessi, per multas ex Græcis peripha-
sias expressi, obscuras illustravi, mancas, & mutilas suppleui, notas ad a-
liquos obscuriores locos adieci: Quo in opere varietas cum fructu, & vo-
luptate coniuncta, studia iuuentutis excolere simul, & exhilarare pote-
rit.

Homo men-
sura omni-
um. Homo
animal im-
mortale in
mortalis
carcere.
Plato in
Axiocho.

Ordinemur ab homine, hic enim est $\pi\epsilon\delta\upsilon\tau\omega\upsilon\ \mu\epsilon\tau\epsilon\tau\omega\upsilon$. Duae eius natura ora-
tioni præbet ansas, hæc vim caelestem, illa terrenam effigiem attingimus.
Quid est enim aliud homo, quam $\tau\omega\upsilon\ \alpha\delta\alpha\upsilon\alpha\tau\omega\upsilon\ \epsilon\tau\ \beta\upsilon\upsilon\tau\omega\ \kappa\alpha\theta\epsilon\iota\sigma\gamma\mu\epsilon\tau\omega\upsilon\ \phi\epsilon\tau\epsilon\iota\omega$.
Animal inmortale, in mortali carcere conclusum. Sed immorta-
lis anima, quibus in tanta rerum difficultate depingetur coloribus? mirari
possumus, describere satis non possumus. Verùm nonnulla de eadem mate-
ria iam delibauimus libri tertij capite primo, & multa se prodeunt in E-
thicis characteribus, quæ ad animi lineamenta attineant, nunc inferiorem
naturam, quæ prima occurrit, oculo, & consideremus.

CHARA-